



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

IV. D. Avspicivs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

S E C U L U M II.

III. D. MATERNVS.

Qualis quantusque fuerit D. Maternus, docuere jam gesta D. Eucharitii superius compendio data. Colonienfibus fimul & Tungris Apoftolus miffus, vitam vixit Apoftolicam, & vivere docuit Chriftianam. Annis tot vixit Epifcopus, quot diebus in fepulchro delituit, mortuus nimirum 40. Año itaque alterius Seculi 28. dum Coloniae in caelos evolauit beata anima, corpus miraculis conspicuum Coloniae Treuiros ascendit, ut quos Deus conjunxit inter vivos, mors non feperaret inter mortuos.

IV. D. AVSPICIVS.

DMaterno in Sede Treuienfium fuffeffiffe D. Aufpici- um, Author & testis eft Methodius, cuius testimonio • perfuafi Martyrem dicimus, & testanti Ecclefiae credimus; quo autem mortis genere aut tempore mortem Martyr gloriosus vicerit, ignoramus.

V. D. CELSVS.

Poft S. Aufpicium felici forte aufpicatus Epifcopatum Tre- virenfem S. Celfus feliciori morte finiit: poftquam vide- licet non nifi 13. annis, cum multis jam Chriftiano- rum hoftibus, armis certavit facris, inter Martyres Dux ftetit, dum cecidit an. 142. 23. Februarii. Seculo dein X. ejuſdem re- liquias Egbertus Archipraeful laudatiffimus e fepulchro eruit, atque in editiori loco collocavit, quibus debitum fuum honorem exhi- bendum effe fuafferunt miracula, nimirum & odor & ignis caeleſtis, cum hic illaſas fervaret, ille infirmis vires & ſpiritum daret.